ab homine avertente se a vanitatibus huius seculi et ad
deum se convertente per regularem professionem dire-
te iuravi et statum custodire iudicia iusticie tue per
votum solempne in presencia abbatis et conventus fac-
tum professionis cartula ... signo proprio manu con-
signatum et super altare oblatum deo et sanctis eius
Que cedula in perpetuum ibi manebit in testimonium
contra professorem aut pro eo Que autem sint ista ad que professus
se intendit obligare patebit in sequentibus Si vero
appareat retro resiliens apposito septem alios spiritus
nequiores ingreditur in eum quia secundum Augustinum
nescio ... non sunt quam qui in monasteriis defecerunt
et non meliores quam qui profecerunt Primus igitur
nequam spiritus ingrediens est spiritus ypocrisis simu-
lacio vel ficcio ut cum exterius prefert exempla
sanctitatis et interius longe est a sanctitate sicud
florens ... et exterius deauratus Et est ipse
medicamen quoddam cum aliud prefert in signo
aliud est in veritate Et talis simulacio magis
peccatum quasi esset publicum peccatum sicud dicit quedam
glosa super Esaiam Incomparabiliter duorum malorum levius
est aperte peccare quam sanctitatem simulare Unde in Iob
dicitur simulatores et callidi provocant iram dei Et
ypocrisis dicitur ab ypo id est sub et crisis aurum quasi
palliatum aurum Intencio et finis ypocrite est ut
videatur bonus ab hominibus Unde de ypocritis dicitur Ma-
thei Omnia opera sua faciunt ut videantur ab homi-
nibus Unde Christus talibus sepius ve imprecatur Ve igitur
vobis scribe et pharisei ypocrite Et ypocrisis
nascitur ex vana gloria secundum Gregorium quia gloriam humanam

ypocrisis